1343. in Martio v Aprili. Ex Orig: Arch: Regni. 155.

Praepositus et Conventus Moniali:
um beatae Magdalenae prope Plocik
promisit se non alienaturos sine consen:
su Casimiri ducis Cujaviae. 31

Nos Jacobus divina providentia praepositus Monasterij beatae Mariae Magdalenae prope Ploczk ordinis Praemonstratensis, Primislava Magistra Felicia supprioriſsa totusque Conventus sororum ibidem promittimus et votum facimus coram inclito principi Casimiro Dei gratia duci Cujaviae et domino de Gnyſskow, quod autem in perpetuum nunquam istas haereditates duas Ostrovanse et Drwincze volumus, vel etiam affectamus regi vel episcopo, vel etiam alicui potenti, qualiscunque sit conditionis, vendere, vel pro aliqua re proponere, vel etiam committere absque scitu et voluntate domini ducis Casimiri; sed soli volumus et plenarie affectamus, regere, procurare, et gubernare cum Dei adjutorio, et nostro vero principi supranominato. In cujus rei evidentiam hanc litteram nostris sigillis appensis fecimus roborari. Datum in Ploczk in die dominica, qua cantatur invocavit. Anno Domini Millesimo tricentesimo quadragesimo tertio.

Ta kopia z oryginału pargamino:

wego

wego, Dnia iedynastego miesiąca Lipca Roku Panskiego 1785. u ktorego dotu wisi na Zawiaskach pargaminowych pie: częci Dwie. ~